

**A**maracinum longè optimum in Cyzico fieri solet ex omphacino oleo, & balanino : spissamentis è xylobalsamo, junco odorato, & calamo factis: conditisq; amaraci, costi, amomi, nardi, cassiæ, carpo- balsami, & mirrhæ odoribus: aliqui, quò pretiosius fiat, cinnamomum addunt. Mel autem, & vinum as- fumuntur: hoc in vasorum illitionem, illud ad cogendas tusorum aromatū offas. Amaracinum calfacit, soporem movet, venarum spiracula aperit, emollit, fervorem excitat. urinam cit: putrilaginibus, ac fistu- lis perquam utile: nec non humentibus herniis, postquam medica manus operam suam impenderit: cru- stas, & tetra ulcera, quæ theriomata vocant, rumpit: difficili urinæ illata sede, & ejus inflammationibus auxiliatur: hæmorrhoidas illitu solvit: vulvæ subditum menstruos cursus evocat: duritias, ac vulvæ tu- mores discutit: vulneratis nervis, & musculis confert, laneo centunculo modice madefactum & im- positum.

Amaraci-  
cini con-  
sideratio.

**S**uperius in sampfuchini commentario abunde de Amaracino à nobis dictum est, quo sit, ut hic de eo plura scribere non sit opus. Hujus meminit Galenus libro primo de antidotis, dum hedychroon explicat, quod theriaca admiscetur, ubi diffusius de eo agens scribit, quod sui temporis unguentary amaraci loco, ex quo in Cyzico antiquitus parabatur, Marum imponebant, ut majorem expiraret odorem. Caterum se jussisse ait, ut legitimum experiretur amaracinum, id sibi ex solo amaraco preparari, quod etsi odoris fragrantia videretur inferius, non tamen viribus imbecillius fuisse testatur.

Μεγαλινον.

MEGALINUM.

CAP. LVIII.

**F**actitabatur olim Megalinum, sed nunc compositio exolevit, & prorsus oblitterata est, cujus ad histo- riæ complementum meminisse non fuit alienum. Mistura cum amaracino eadem erat, sed resina exu- perabat, hac tantum ratione differens. Quare leviter emollit. Resina unguentis, neq; turelæ, neq; vo- luptatis gratia adijcitur. sed coloris, crassamentiq; causa. Ea tantisper coquitur, dum desinat olere: cujus coquendæ ratio declarabitur, cum de resina differemus.

Ηδύχρον.

HEDYCHROVM.

CAP. LIX.

**Q**uod Hedychroon vocant, in Co fieri solet: eisdem præditum viribus, & misturis, quibus amaraci- num, sed suavius spirat.

Hedy-  
chroi cō-  
positio ex  
Galeno.

**H**edychroi compositionis meminit Galenus libro primo de antidotis, cum omnia, qua continet, odoramenta vino sub- acta Andromachi theriaca recipiat. Caterum etsi hedychroi parandi rationes plures dicat reperiri, unam tamen elegit, quam hoc modo descripsit. Hedychroon habet mari drachmas duas: asari, amaraci, asspalathi, schœni, calami odo- rati, pbi pontici totidem: xylobalsami verò, & opobalsami, cinnamomi, costi, singulorum drachmas tres: myrrha drach- mas sex, totidem solij malabathrini, nardi Indici, croci, cassiæ: duplo autem plus amomi, advecta verò ex Chio abundante plurimis fontibus insula, mastiches drachmam unam: vino salerno omnia excipe. Cum igitur hac miscueris, fac trochiscos similes theriacis, & scillinis, quos exiccabis eo modo, quo diximus. Productus fuit Galenus, ut hunc parandi modum descri- beret, tum quod Andromachus hedychroon (ut inquit) nullibi literis mandaverit: tum etiam ut rei medica imperitos do- ceret, quidnam esset hedychroon in theriaca preparatione, ne in eorum errorem caderent, in quem sua ætate medicum quendam Romæ lapsum fuisse commemorat: qui compositurus antidotum, quærebat apud myropolas Hedychroon, exi- stimans esse herbam, aut radicem, aut quodpiam simplex medicamentum, id quod etiam hac nostra tempestate quàm plu- rimis evenisse comperimus. Avicenna, & ceteri Arabica familia scriptores in sua theriaca compositione hedychroon tro- chiscos Alindaracaron appellavere: tradentes varias eorum compositiones, in simplicibus medicamentis pondere & men- suris à Galeni doctrina plurimum differentes. Quare mirari non licet, si jamdiu legitima Theriaca compositio infelicitè successerit, cum & ab Arabibus, & à myropolis, adulterinis medicamentis fuerit depravata.

Alinda-  
racaron  
Avicen.  
Theriaca  
deprava-  
tio.

Μετοπίον.

METOPIVM.

CAP. LX.

**F**it in Aegypto unguentum, quod Metopion patrio nomine appellatur, propter galbani mitionem: nam lignum, in quo galbanum enascitur, metopion vocant. Constat amygdalis amaris, omphacino oleo, cardamomo, odorato junco, calamo, melle, vino, myrrha, balsami semine, galbano, & resina. Pro- batur pingue, gravi odore, quod magis cardamomum, & mirram, quàm galbanum respiciat. Calfacit vehementer, & adurit, atq; extrahit: ora venarum aperit: ulcera purgat, extrahitque: ad præcisos ner- vos, & musculos, ad hernias humore contractas, cum erodentibus medicamentis efficax est: ceratis, & malagmatis inferitur: horroribus, convulsisque, præsertim quibus cervix in scapulas dejecta, & retror- sum contracta est, utile habetur: sudores ciet, vulvæ spiracula recludit, & ejusdem duritias laxat. In summa molliendi naturam habet.

Μενδίσιον.

MENDESIUM.

CAP. LXI.

**M**endesium constat balanino oleo, mirrha, cassia, & resina. Aliqui tamen post singulorum pondera, cinnamomi exiguum addunt, nullo compendio: nam quæ simul excocta non fuere, vim nullam exhibent. Similem metopio vim obtinet, sed inferiorem multò.

Στάκτης.

STACTE.

CAP. LXII.

Alas, val-  
de non  
leg. Ori.

**S**tacte vocatur pinguitudo recentis myrrhæ cum exigua aqua tusæ, & organo expressæ. Ea perquam odorata ac pretiosa est, atq; unguentum per se facit, quod Stacte nominatur. Maximè probatur, quæ nullam

nullam olei miftionem admittit, cuius minima portio compos est virium plurimarum. Vim calfactoriam myrrhæ, & calidis unguentis respondentem habet.

**S**taete Serapioni, quandoquidem & reliquis Mauritanis, pariterq; officinis, Styrax liquidus appellatur, cuius copia non solum Venetiis ubiq; venalis habetur, sed & in omnibus ferè officinis reperitur, quæ medicamentorum componendorum artem exercent. Quod autem Staete myrrhæ sit liquidus vocatus Styrax facile probat Serapio, quippe qui capite de Styrace calamita, liquidum styracem ex myrrha primum aqua conspersa, ac deinde expressa, fieri tradidit: quæ in re Dioscoridem ad unguem imitatur. Cui quidem sententiæ illud adstipulatur, quod liquidus styrax (de legitimo sanè liquor) sit perquam odoratus, & gustui non obscure amarus. Porro animadvertendum est, quod hoc ævo syncerum haud facile invenias, ut ferè evenit cum ceteris medicamentis, quæ ex Alexandria Aegypti, vel Syria ad nos convehuntur. Siquidem cum omnia hæc per Mauritanorum, Turcarum, Judeorumq; manus transeant, qui nobis Christicolis semper dolos, fraudesq; moliantur, Diu sacrificium facere sibi persuadent, cum nos aliqua in res fallere possunt. Ceterum, ut redeam, unde diverteram, mea quidem fert opinio, si synceram staeten nancisci possemus, non alienum fore, ipsam in myrrhæ locum substituere. Sed certè perquam difficile erit legitimam inveniri, nisi fortè vera staete sit liquor ille, de quo superius in balsami commentatione diximus.

Staetes  
confide-  
ratio.

Styrax li-  
quidus.  
Medicæ  
peregrina  
cur a-  
dulteretur.

Staete à stillando dicta: licet sint qui non tantum Myrrhæ propriam vocem esse velint, sed aliorum etiam liquorum ex arborum truncis distillantium, idque ex Plinio lib. 17. cap. 11. colligentes: attamen cum Galenus staeten myrrhæ, Aegineta stillatitiam myrrham, & Plinius lib. 12. cap. 16. Myrrhæ arbores sponte priusquam incidantur, staeten fundere scribat, staeten Myrrhæ liquorem dicimus, qui in Mecha Arabiæ ex myrrha exprimitur: quod tamen à Styrace diversum, cum styracis & Myrrhæ arbores sint diversæ: huius lachryma in aqua resolvitur: illius verò in oleo: staete magno, styrax parvo emitur: item staete amara, styrax non item. Cæsalpinus Asam dulcem, Staeten credidit: Athenæus vult appellatione unguenti Aegyptiaci, staeten venire.

Κινναμόμινον.

## CINNAMOMINUM. CAP. LXIII.

**C**INNAMOMINUM confitè balanino oleo, & xylobalsami: calami, junci odorati spissamentis: atque cinnamomi, & seminis balsamini suavitare conditur, quadruplaque myrrhæ ad cinnamomum portione: mel ad cogenda omnia adiicitur. Laudatur non acre, molli odore, planè myrrhæ redolens, crassum, odoratum, gustu perquam amaro. Id non à resina, sed myrrhæ crassitudinem obtinuit: resina enim neque amaritudinem præbet, neque ullam odoris gratiam adiicit. Vim habet admodum acrem, amaram, & calfacientem. Itaque ora venarum aperit, calfacit, discutit, diffundit: humores & spiritus attrahit, caput aggravat: contra vulvæ vitia cum duplo oleo, cera, & medulla efficax est. Ita enim ferè multum acrimoniæ exolefcit, & quædam emolliendi vis contrahitur: alioqui adurit, & præ omnibus crassis unguentis indurat. Facit mirum in modum ad fistulas, & ulcera, quæ putredinis vitium senserunt: item ad hernias humidiores, carbunculos, gangrænasq; cum cardamomo: quin & ad febrium horrores, & tremores: adversus serpentium morsus illinitur: scorpionum, & phalangiorum ictibus, cum tritis grossis imponitur.

a Drag.  
diximus  
in rō dī  
mō. i. p  
batur  
quod a-  
cū est.

Νάρδιον.

## NARDINUM. CAP. LXIV.

**R**ATIO Nardini faciendi evariat: nam aut malabathrino folio, aut sine eo fit: plerunque autem balanino oleo, aut omphacino. Juncus odoratus spissamenti gratia adiicitur: sicuti propter odoris suavitatem, costus, amomum, nardum, myrrha, balsamum. Laudatur tenue, non acre, nardi aridæ, aut amomi odorem referens. Vis ei extenuans, acris: expurgat, calfacit, abstergit humores, rarefacit. Hoc liquidum est, nec habet strigmenti crassitudinem, nisi resinam recipiat. Fit etiam simplex ex omphacino oleo, junco, calamo, costo, & nardo.

Μαλαβάρθρινον.

## MALABATHRINUM. CAP. LXV.

**M**ALABATHRINUM spissamenta nardi habet: insuper myrrhæ plusculum additur. Quæ de causa calfacit, crocino, aut amaracino viribus respondens.

Ιάσμινον.

## JASMINUM. CAP. LXVI.

**A**PUD Persas fit, quod Iasminum cognominatur, ex albis floribus violæ, quorum sextans in Italicum sextarium sesamini olei demittitur, violis, ut in lilino diximus, vicissim permutatis. Apud Persas inter epulandum usurpatur odoris causa. Quinetiam toti corpori convenit, præsertim cum in balnea descensum est. Sed iis opitulatur corporibus, quæ calfactionem, laxationemque desiderant: gravius tamen spirat, quam ut libenter à plerisque recipiatur.

Ex meis  
Drag. &  
Cat. Ex  
pluribus  
nullū ha-  
bet hoc  
caput.

**J**asminum unguentum non eo quidem silentio prætereundum duximus, quo aliqua in præcedentibus à nobis omissa sunt: in illis enim nihil sanè, in hoc verò aliquid nobis sese offert declarandum. Itaq; primum scire convenit, quod Jasme vocabulum apud Græcos aliorum etiam testimonio, nil aliud significat, quam violaceum. Et certè cum scribat Dioscorides, unguentum hoc fieri in τῶν ἀλβῶν τῶν λευκῶν ῥῆς ἰς, hoc est verbum verbo reddendo, ex floribus albis violæ, id Violaceum merito appellari debet. Sunt tamen è recentioribus, qui pro certo sibi persuadent, vocabulorum fortasse vicinitate decepti, illud ex floribus iis perquam odoratis fieri, quos in Italia Gelsomini vulgò appellamus. Quorum opinioni non parum suffragatur tum Hermolaus Barbarus, tum Marcellus Florentinus. Qui præcipuè, ut suam comprobet sententiam, veteres asserit, præsertimq; Dioscoridem, inter leucosii genera nostratæ gelsiminum comprehendisse, illudq; speciatim gelsiminum intellexisse.

Jasmini  
confider.

Hermo-  
lai, &  
Marcelli  
opinio  
impro-  
bata.

H

lexisse.

lexisse, quod floribus caruleis provenire nonnulli pro certo asserunt. Cujus sententiam non modo non probandam cenſeo, ſed omnino reſellendam exiſtimo: ſiquidem nullo pacto cogitandum eſt, nedum credendum, quod Dioſcorides, qui in ſimpli-  
cium hiſtoria, & in eorum declarandis ſeparandisq; generibus, omnium diligentiffimus fuit, adeo imprudenter nullo di-  
ſcrimine exiſtimaverit caruleum leucojum gelfiminum eſſe: cum id ſolius viticuloso caule, radicibus, ramis, floribus, cate-  
risq; notis ab omni leucojo diſideat. Sed hoc verum eſſe Marcello concedamus, etſi minus concedendum ſit, quam ratione  
diceret nunquam, Jafminum unguentum fieri ex floribus gelfimini, quod caruleum Dioſcoridis leucojum eſſe aſſerit, ſi Dioſco-  
rides ipſe palam prodit, Jafminum ex albis violis temperari? Ad hac diſſerre Gelfiminum à leucojo abunde oſtendit Sera-  
pio, qui non modo fuit Dioſcoridis imitator, ſed etiam interpres, cum alterum ab altero diverſis capitibus diſtinxerit, &  
de utroq; tanquam de rebus diverſis diſſeruerit. Quinimo de gelfimino agens capite centefimo ſeptuagefimo ſexto nullam  
Dioſcoridis, nec Galeni auctoritatem aſſert, ſed tantum ſue gentis monumentis inhaeret, aſſeritq; gelfiminum floribus tum  
albis, tum luteis, tum caruleis reperiri, quale etiam atate noſtra viſitur. Quod nobis maximo argumento eſſe poteſt, ut  
credamus, gelfiminum Dioſcoridi caterisq; veteribus incognitum fuiſſe. Caterum cur Arabes ſtirpem hanc JESEMIN  
appellaverint, cauſa facile aſſignari poteſt: quod cum gelfimi-  
ni flores odoratos, albicantesq; alba viola modo conſpicerent, Græcos barbaricè imitari volentes, ipſi viola nomen indidere,  
quod eſt Jeſemin: tamen ſi vernacula eorum lingua Zambach, ſive Sambach vocitetur. Id autem ſicut odore fragrat, ita &  
viribus pollet: ſiquidem Serapionis teſtimonio, excaſcit or-  
dine ſecundo, humores diſcutit, pituit & lentitiam ſenibus frigi-  
dus digerit, cruciatibusq; ex pituita leniore provenientibus mi-  
riſice prodeſt. Flores tam recentes, quam ſicci lentiginis &  
impetigines in facie abſtergunt. Paratur ex iis etiam oleum  
Zambachinum appellatum, quod frigidis affectibus non obſcu-  
rum aſſert auxilium. Hoc unguentarii cum amygdalino oleo  
parant, hominum barbis odoris gratia perfundendum: quod  
tamen temperie calidis caput adeo excaſcit, ut quandoq; è  
naribus ſanguinem eliciat. Hallucinantur, qui falſi voca-  
buli ſimilitudine, Sambacinum & Sambucinum idem eſſe exi-  
ſtimant. Inter quos errore implicatur Joannes de Vigo chi-  
rurgus noſtri temporis non obſcurus, capite de Sambuco, in ſuo  
parvo de ſimplicibus libello. Non diu eſt, quod Jeſeminum, ſi-  
ve (ut nos) Gelfiminum in Italiam allatum eſt, quamvis nunc  
ubiq; horti opere topiario tum albis, tum luteis, tum etiam ca-  
ruleis gelfimini ormentur. Planta itaq; eſt Gelfiminum topia-  
riis operibus maxime expetita, non modo quod ad veſtiendas  
attegias, pergulas, & umbracula contexenda plurimum va-  
leat, ſed quod flores odoratiſſimos proſerat. Tota viticulosa  
ſarmentosaq; eſt planta, facile ſcandens. A radice viticula o-  
riuntur flexiles, longa, virides, ac lenta, è quibus ſolia prodeunt  
oblonga, ſeptem uno è pediculo exeuntia, ut in lentisco in mu-  
cronem deſinentia, molia, & ſaturatè viventia. Flores habet  
in caulium ſummitate racematim prodeuntes, lili parvi eſſigie,  
odoris jucundi, acutiq; variis, ut prædiximus, coloribus, è qui-  
bus rariffimè ſemen oritur. In aliquibus tamen locis Gelfimi-  
num ſemen è lit, lupino ſimile, quod à Doctiſſimo viro Jacobo Antonio Cortuſo Patavino mihi miſſum eſt. Amat amœnos,  
oleum è calidos tractus, paſſimq; habetur in hortis & viridariis. Oleum quod ex ejus paratur floribus in eo inſolatis, lili ſacul-  
tatibus equiparari poteſt ad omnes frigidulos dolores, excaſcit enim & laxat. Illinitur quoq; utiliter mulieribus, ad frigi-  
dos uteri cruciatus, frigidosq; quoſcunq; nervorum, & articularum affectus. Fit etiam iſdem ex floribus oleum aliud  
ab unguentariis tantum ad odoramenta, recentibus floribus, ælibratis dulcibus amygdaliſ commiſtis, pluribus replicans  
viſibus, quousque nudes humorem odoratum combiberint. Tunduntur deinde in lapideo mortario, & calida ſacculis con-  
cluſa premuntur. Reddunt enim oleum perquam odoratum, quod etiam in medicum uſum venit, quod viribus iis polleat  
omnibus, quibus ſuum polleſe ſcribit Dioſcorides. Gelfiminum, Italicè appellatur Gelfimino: Arabice Jeſemin, & Zam-  
bach, ſive Sambach.

Jeſemin  
unde di-  
ctum.

Jeſemini  
vires ex  
Serap.

Joannis  
de Vigo  
lapſus.

Gelfemi-  
ni deſcri-  
ptio.



num ſemen è lit, lupino ſimile, quod à Doctiſſimo viro Jacobo Antonio Cortuſo Patavino mihi miſſum eſt. Amat amœnos,  
oleum è calidos tractus, paſſimq; habetur in hortis & viridariis. Oleum quod ex ejus paratur floribus in eo inſolatis, lili ſacul-  
tatibus equiparari poteſt ad omnes frigidulos dolores, excaſcit enim & laxat. Illinitur quoq; utiliter mulieribus, ad frigi-  
dos uteri cruciatus, frigidosq; quoſcunq; nervorum, & articularum affectus. Fit etiam iſdem ex floribus oleum aliud  
ab unguentariis tantum ad odoramenta, recentibus floribus, ælibratis dulcibus amygdaliſ commiſtis, pluribus replicans  
viſibus, quousque nudes humorem odoratum combiberint. Tunduntur deinde in lapideo mortario, & calida ſacculis con-  
cluſa premuntur. Reddunt enim oleum perquam odoratum, quod etiam in medicum uſum venit, quod viribus iis polleat  
omnibus, quibus ſuum polleſe ſcribit Dioſcorides. Gelfiminum, Italicè appellatur Gelfimino: Arabice Jeſemin, & Zam-  
bach, ſive Sambach.

Jafminum, quaſi violaceum, à violis quas læ vocant: vel Joſme quaſi violæ odor: aut Jafme quaſi medi-  
catus odor. Zambach & Sambach Arabibus: quibuſdam Apiaria, quod apes ejus floribus plurimum de-  
lectentur: an Smilax levis Dioſcoridis, & Smilax redolens Homero? quibuſdam Pothon album Theo-  
phraſti. I. Jafminum album C.B. Lugd. Tab. Viola perſica, Parthica & peregrina, Hermolao: Jeſiminum  
Marcello: Jafminum primum, Anguil. Jafminum, Dod. Cord. in Dioſ. Cluſ. Jafme & Sambac, Gef. hort.  
Gelfeminum vulgatiſ, Lob. Gelfiminum, Caſt. Cæſ. Cam. II. Jafminum Hiſpanicum grandiflorum C.  
C.B. Hoc ex radice, caudice recto, fungoſo, levi, non admodum craſſo fruticat, cujus rami cubitum vel ſeſ-  
quicubitum longi, virides & tenues, cortice una parte ruſoſo veſtiti: è quibus prodeunt ſolia, quam in  
Jafmino albo breviora, nigriora & rotundiora: in virgarum ſummitatibus flores, qui antequam dehif-  
cant ſubpurpurei apparent, aperti intus candicant, foris purpureſcunt, ex quinque ſoliis compoſiti, qua-  
druplo aliis latiores, ampliores & venoſiores, ſed rariores, odore acriori & ſuaviori: floret autumno & pe-  
nè tota hyeme: Hæc à Græcis & Turcis in multis Peloponneſi locis ſtudioſè colitur: quæ primum è Chio  
inſula Genuam, & inde in alia loca adveſta, nam Patavii, Lugduni, & Baſileæ in urceis penſilibus  
cultam obſervavimus: ut autem propagetur in vulgari inferitur. Dicitur Jafminum tertium, An-  
guill, Chamægelfiminum grandiflorum, Lobel, Gelfiminum Catalonicum, Cam, in Matth. Gelfi-  
minum

JASMINVM HISPANICVM  
grandiflorum.

minum humilius primum, Cæs. Jasminum puniceū, Lugd. Jasminum candidiflorum, Tab. Habetur & flore luteo, & cæruleo, quam Clematidem alteram faciunt: quædam folio capillaceo, flore rubro, quod Gelseminum alterum rubrum, Cæsalp. & Quamoclit. Cam. dicitur. Habetur etiam Jasminum Indicum Clus. Cam. quod rubrum Cæsalp. & Lugd. vocatur, quod potius ad Solanum, vel Mandragoram referendum videtur.

## Σμύρνα. MYRRHA. CAP. LXVII.

MYRRHA lachryma est arboris, quæ in Arabia gignitur, Ægyptiæ spinæ non dissimilis: è cuius vulnere defluit lachryma in subiectas tegetes: *a* alia circum caudicem concrefcit. Dicitur ex his aliqua pediasimos præpinguis, quæ expressa, stacte emittitur. Alia gabraea pinguis, luto & pingui solo nascens: ea copiosam sudat stactem. Omnium prima est, quæ Troglodytica appellatur, accepto cognomine à loco, in quo provenit, splendens, subviridis *b* ac mordens. Quinetiam legitur tenuis quædam, quæ à Troglodytica secunda est, bdellii modo mollis, verum odore graviuscula, apricis nascens. Alia caucalis cognominatur præter modum exoleta, nigra, & retorrída. Omnium deterrima quæ ergasima dicitur, pingui carens, *c* cano situ obducta, acris, ad gummi imaginem vergens, & viribus ejus proxima. Improbatur aminnea cognomine. Ex iis pastilli fiunt, sed è pinguibus pingues, & odorati: è siccioribus haudquam pingues, & inodorati. Minus odore pollet, quæ

*a* τὸ ἵμι  
τὸ σιλίχ  
παραπ  
γυμνός  
καὶ δὲ  
i. alia ve  
rò quæ in  
caule cō  
crefcit  
melior  
est, leg.  
Orib.  
*b* Non  
leg. Orib.  
*c* Meum  
ψαφάρι  
i. equalio  
re fragi  
lis. alii  
ψάβου  
d. ψάβου  
εἶδος, fría  
bilis.

oleum non admittit, cum in pastillos digerebatur. Adulteratur macerato gummi aqua, in qua myrrha maduerit. Eligenda est recens, *d* fragilis, levis, undiq; concolor, quæ contracta venas unguium modo candidas & læves ostendat, minutis glebis, amara, acris, odorata, calfaciēs: supervacua, & inutilis est ponderosa, coloris piceæ. Calfacit, cohibet, soporem gignit, glutinat, siccatur, altringit, vulvam emollit, & præclusam aperit: menses & partus celeriter extrahit cum absinthio, lupinorum cremore, vel succo rutæ admodum: tuberculo fabæ devoratur in vetere tulli, orthopnoea, in laterum pectorisq; doloribus, in alvi profluvio, & dysenteria: horrores discutit duabus horis ante febrium accessiones, fabæ magnitudine pota cum pipere & aqua: subdita linguæ liquata quæ, scabritiem arteriæ expolit: obtusam vocem expedit, ventris tinea enecat, contra gravem oris halitum manditur, & adversus alarum tædia cum liquido alumine illinitur: gingivas, & dentes stabilis colluto cum vino, & oleo ore: vulnera capitis illitum glutinat: medetur fractis auribus, ac ossibus nudatis, peruncta cum cochleæ carnis: item purulentis auribus, inflammationisq; cum meconio, castorio, & glaucio: ad varos autem cum cassia, & melle illinitur: impetigines ex aceto purgat: defluentes capillos cum ladano, & vino myrteo illita, firmat: diurnas destillationes lenit, & illitis penna naribus: oculorum ulcera complet, albugines tollit, caliginem discutit, scabritiem lævigat. Fit è myrrha, perinde atq; thure, fuligo: & ut postea ostendemus, ad eadem conveniens. Bæotica myrrha dissecta radix est arboris cujusdam in Bæotia nascentis. Melior est, quæ myrrham odoris suavitatem repræsentat. Vis eicalfactoria inest, emollit, discutitque: sufficientis commodissime inferitur.

MYRRHA, quæ ex Alexandria Ægypti hac ætate ad nos assertur, admodum sanè ab ea differt, quam inter præstantissimas Myrrhæ species recensuit Dioscorides. Quippe universa fere myrrha, quæ in officinarum usu habetur, in omnibus qualitatibus, ac notis destituitur, quibus optima commendatur. Namque ea (ut videre est) minime virescit, pinguis non est, non odorata, non undique concolor, nec contracta venas unguium figura leves intus ostendit, nec sapore acri deprehenditur, tametsi gustui amaritudinem relinquat. Verum si forte asse cupiam videretur & hac inter Myrrhæ species esse recipienda (quod tamen non satis compertum habeo) aut cacalim, aut ergasimam esse crediderim, aut potius quam Plinius ex India deferri ait, cum hæc ceteris deteriores habeantur, certo q; sciamus ex India in Alexandriam myrrham importari. Nam ea, quæ plurima ad nos assertur, non modo sicca, nigraq; est, sed etiam retorrída, macilentæ, & cano quodam situ obducta: & quanquam inter hujusmodi globulos aliquod quandoq; reperiatur fragmentum, quod & clarum sit, & pellucens, contractum tamen diversicolor apparet. Ecquid magis? nec gustui insigniter amarum, nec myrrhæ odore præditum sentitur. Quo fit, ut credere liceat, ejusmodi Myrrham aut è deterioribus esse, aut gummi alicujus, aliarumq; missionum adulterio minime vacare: hac enim impostura (ut Dioscorides inquit) myrrha adulterari solet: sed hac ita de illa conjicimus, quæ passim vulgaris habetur. Ceterum electam Myrrham jam ad nos advehimus, quæ & legitima, & probatissima esse censetur: verum ea hæcenus tam rara est, ut non nisi ad ostentationem asservetur, & ad aliarum dignoscendarum regulam. Hæbat myrrha Galeni tempore in opocalpasum, quod calpasi lethalis, venenosaq; est lachryma, conversa, ut Cassia in cinnamomum, & Galbanum in Sagapenum. Idcirco libro primo de antidotis, Opocalpasum (inquit) exitiale est, multosq; nos sorte quadam vidimus nostra ætatis decursu mori, quod inscii myrrham, cui opocalpasum admistum erat, assumpsissent. De industria namq; nonnulli eorum, qui antidotos præparant, ut laudatissimam imponebant, eo quod viderent, collyrii inditum optimum esse medicamentum. Quippe quæ pice citra mordicationem discutiat: & interdum incipientem

Myrrhæ  
condem  
ratio.

cipientem oculorum suffusionem substantia tenuem: sive autem in emplastrum, sive in ceratum, sive in aliquod digerens  
 medicamentum, quod extrinsecus imponitur, huiusmodi myrrham injicias, vim ipsius angelis: at intra corpus assumptum  
 lethale est medicamentum. Hac igitur fusius dicta sunt, tum quod orationis series ita exposita esset, tum etiam quia hac  
 speculari non est inutile: haec enim Galenus. Adhibenda itaque diligentia est, ne & nos Myrrham quandoque opoclaso adul-  
 teratam emamus. Ad hac Brasavolo Ferrariensi animus inclinare videtur, ut existimet Myrrham officinis vulgarem,  
 bdellium esse. Cui haudquaquam assentiendum putaverim: siquidem myrrha hac pellucens adeo non est, nec taurino glu-  
 tino similis, ut bdellium esse tradidit Dioscorides. Et licet quadam nostratis myrrha frustra quandoque translucida repe-  
 riantur, sunt tamen potius hac (ut dictum est) gummi adulteria, quam myrrha, vel bdellium: nempe gustu maleficium de-  
 tegitur. Præterea bdellium incensum (Dioscoridis testimonio) odorem unguibus odoratis similem spirat, quod in nostratis  
 myrrha nunquam, facto periculo sum consecutus. Huic etiam alia accedit ratio, quæ magis ac magis Brasavoli animum  
 immutare poterit: quod scilicet bdellium diu digitis ductum tractatumque, facile lentescat, & contractum pingue spectetur:  
 myrrha vero, quæ officinis venditur, digitorum attritu conteritur, & si frangatur perquam arida sese offert. Ceterum im-  
 probavit Dioscorides, omniumque Myrrha specierum deterriam judicavit, quæ aliquibus minæa, aliis aminnea vocatur:  
 quam cum Galenus probaverit libro primo de antidotis, omnibusque Troglodyticis prætulit, factum est, ut existimaverint  
 quidam, in hoc loco Dioscoridis codici mendam subesse. Sed cum in Dioscoride Græco legatur aminnea, & in Galeno mi-  
 næa, ego potius crediderim, eos non idem myrrha genus intellexisse. Plinius lib. 12. cap. 15. myrrha arboris faciem diligenter  
 expressit, his verbis. Myrrham in iisdem sylvis, ubi & thus, permixtam arborem nasci tradidere aliqui: plures separatim,  
 quippe multis in locis Arabia gignitur. Convehitur & ex sylvis laudata, petuntque eam etiam à Troglodytis Sabæi transitu  
 maris. Sativa quoque provenit multum sylvestri prælata. Gaudet raris, & ablaqueationibus: melior radice refrigera-  
 ta. Arbori altitudo ad quinque cubita, nec sine spina, caudice duro, & intorto, crassiore quam thuris, & ab radice etiam,  
 quam aliqua sui parte: corticem levem, similemque, unedoni: scabrum alii spinosumque, dixerunt: folium olivæ, verum crispius,  
 & aculeatum: juba olivæ. Aliqui similem junipero, scabriorem tantum, spinusque, horridam, folio rotundiore, sed sapore  
 juniperi. Necnon suere qui è thuris arbore utrumque nasci mentirentur. Inciduntur bus & ipsæ thuris modo, iisdemque, tem-  
 poribus, sed à radice usque ad ramos, qui valent. Sudant autem sponte priusquam incidantur, statim dictam, cui nulla  
 præfertur. Ab hac sativa, & in sylvestri quoque melior astiva. Non dant ex myrrha portiones Deo, quoniam & apud alios  
 nascitur. Et sequenti capite inquit. Adulteratur myrrha lentis oleis, & gummi: item cucumeris succo amaritudinis cau-  
 sa, sicut ponderis argenti spuma. Reliqua vitia deprehenduntur sapore gummi dente lentescens. Facillime autem adulte-  
 ratur Indica myrrha, quæ ibi de quadam spina colligitur. Hoc solum pejus India affert, facili distinctione, tanto deterior  
 est: hac Plinius. Quo sit, ut facile crediderim nostri usus myrrham Indicam esse: namque per mare rubrum, & inde per Ca-  
 rovanas (ut dicunt) Alexandriam importatur. Myrrha quoque historiam non injucunde scripsit Theophrastus lib. 9. ca. 4.  
 de plantarum historia, sic inquit. Gignitur thus & myrrha regione Arabum media circa Sabæa, & Adramyttæ, & Citi-  
 bana, & Mamali: & exeunt thuris, myrrhæque, arbores aliæ super montem, aliæ in pede montis culturis propriis: quamob-  
 rem aliæ coluntur, aliæ vitam agunt incultæ. Montem istum præcæsum affirmant, & ningi solitum: amnes quoque, de eo in  
 plana fluere. Myrrha arborem thure altitudine minorem, fruticosioremque, narrant: caudice duro, contorto, juxta terram  
 crassiori, sura hominis, cortice levi adrachma simili. Alii vero, qui se vidisse affirmant, de magnitudine se ferè consentiunt:  
 neutram earum arborum magnam referunt, & minorem myrrha humiliori, sed thuris folium laurinum, leveque:  
 myrrha aculeatum, non leve, ulmeo simile, crispum tamen, extremis spina horridulum, ilicis modo. Idem ea navigatio-  
 ne, quæ ex sinu heroum vehementer egressos sese aquam in monte quassisse dixerunt, atque ita vidisse has arbores, & lectionem  
 notasse hoc modo ambarum: & caudices, & ramos incisos quidem, sed alios veluti securi percussos videri, alios tenuiores  
 incisuras habere: & lachrymam aliam decidere, aliam arbori inherere: nonnullam etiam subjectas tegetes ex palmis  
 contextas, alibi solum tantummodo circumpavimentatum. Montem autem universum Sabæi divisum dixerunt: hos enim  
 loci illius dominos esse, justitiæque, mutua degere, quamobrem nullum suas arbores custodire: unde & thus, myrrhamque, sese  
 largè ad naves solitudine deportasse narrarunt. Illud quoque se audivisse dixerunt, myrrham, thuris, collectum undique ad  
 Solis delubrum convehiri: quod Sabæorum esse sanctissimum inter omnia regionis illius, custodesque, Arabes armatos habere,  
 quibus singulos suum thus acervatum, & myrrham eodem modo relinquere, posita super acervum tabella, literis signifi-  
 cante numerum mensurarum, & pretium, quod pro singulis mensuris ponendum sit: mercatores vero, qui venerint, tabel-  
 las advertere, ejusque, quod placuerit, acta mensura pretium in eodem ponere loco, unde merces acceperint: sacerdotem de-  
 inde venire, partesque, tertiam pretii Deo accepta, reliquum ibidem relinquere: idque, servari iustissime dominis, donec acceptum  
 venerint. Alii myrrha arborem terebintum similem reddidere, sed scabriorem, spinosioris, folium paulo rotundius, gu-  
 statu proximum terebintum: earum quoque, veteres præstantiores haberi. Nasci vero hanc, & thus in eodem loco terra subar-  
 gilia, & sabulosa: & aquas fonte fluentes raras admodum comperiri. Hac ergo illis repugnant, videlicet ningi, & imbr-  
 bus perlui, & amnis locum illum exhiberi. Sed hi quidem altera quoque longe majore ignorantia laborarunt: thus  
 enim & myrrham nasci ex eadem arbore putaverunt. Quamobrem verisimiliter ipsi narrarunt, quos ex heroum oppido  
 profectos navi retulimus. Myrrha aliud stillatitium, aliud fictitium constat. Probatur melior gustu ejusque, norma concolo-  
 rem accipiunt: haec enim Theophrastus. Myrrha drachma ex vino Cretico calido pota, hora una ante paroxysmum datur  
 utiliter quartanariis, sed sudare eos in lecto statim oportet, tribus replicatis portionibus, in ipsis accessionibus. Hoc medica-  
 mento ego ipse curatus sum. Valet quoque, ad idem in Catapotiis cum Theriaca conformatis, magnitudine ciceris. Horum  
 si unum quotidie voretur, hora una ante paroxysmum, quartanarii bene habebunt. Myrrha ponitur in Antidotis, quæ ad  
 venena, venenosorum, animalium ictus, & adversus pestilentiam parantur. Fit quoque & Myrrha oleum, quod ita paratur.  
 Decoquantur ova gallinarum, quousque dura fiant, deinde secantur secundum longitudinem in duas partes æquales, &  
 exemptis vitellis, replentur Myrrha pulvere, conduunturque, in humido loco, donec Myrrha liqueat in oleum. Hujus vires  
 sunt ad tollendas vulnerum cicatrices, & faciem erugandam, ubi frequenter illinatur. Ceterum alio quoque myrrha su-  
 comulieres nonnulla faciem absque rugis præservant. Admovent igni ferream novam patellam, quousque, candescat, deinde  
 vino albo cum impetu ore projecto, patellam ipsam restinguunt, mox capite linteo amplo contexto, vaporem facie excipiunt,  
 subinde in eandem patellam rursus igne candentem Myrrham contritam projiciunt, eodemque, linteolo contexta sumum recipiunt,  
 demum ipsos linteos faciem contegunt, & dormitum se conferunt. Fit ejusmodi succo, singulis octo diebus parato, ut ea  
 perpetuo erugat, juventutem etiam jam senescentes mentiantur. Myrrha meminit Gal. lib. 8. simplicium medicam. ubi  
 ita scriptum reliquit. Myrrha secundi ordinis est tum excalfacientium, tum deficcantium. Itaque, capitum vulneribus illita  
 glutinare ea potest, Inest & amaritas non paucæ, per quam setum, & lumbricos tum enecat, tum ejicit: adest hinc ei  
 & ab

Brasavoli  
 opinio  
 improba-  
 ta, volen-  
 tis Myr-  
 rham of-  
 fic. esse  
 Bdellium.

Myrrhæ  
 hist. ex  
 Plinio.

Myrrhæ  
 hist. ex  
 Theoph.

Myrrhæ  
 vires in  
 febr.

Ol. Myr-  
 rhæ.

Facus ex  
 Myrr. ad  
 rugat.

Myrrhæ  
 vires ex  
 Galeno.

et abstergendi potentia. Sic igitur ocularibus miscetur facultatibus, utique quæ ad ulcera, et crassas cicatrices preparantur. Eadem de causa inditur et medicamentis, quæ ad tussim veterem, et asthma, sive anhelationem exhibentur: non tamen arteriam exasperat, sicut abstergentiam nonnulla, verum adeo moderatam obtinet absterfionem, ut nonnulli eam arteriacis quæ vocant, medicamentis commisceant, tanquam sufficienter excalfaciens, et desiccans medicamen: scilicet absterfionem proficiscentem ab amaritudine nihil verentes: hæc Gal. Porro ubi myrrha desit, Gal. in succedaneis (si tamen liber is Galeni est, nobis enim spurius censetur) odoratum calamum supplet. Constantinus vero amaras amygdalas eodem pondere. Sed equidem hic myropolas admonitos velim, ut nullo pacto eorum sequantur doctrinam, qui jubent, Avicenna auctoritate male intellecta, myrrhæ loco piper nigrum supponere. Namque Avicenna hanc sententiam omnino refellit, cum utatur his verbis: pro myrrhâ substituendum piperis nigri dimidium aliqui perhibent: sed hoc falsum est. Postremo illud etiam notandum est, quod (ut Gal. inquit lib. 2. de comp. medic. per genera) myrrhâ semper medicamentis est commiscenda, cum ab igne tolluntur: quippe quæ coqui minime patitur, veluti etiam thus, et aloë. De Bœotica autem myrrhâ, quid dicam non habeo, quod ætate nostra sit (ut arbitror) omnibus incognita. Συγγράμῃς Græcis dicta, Myrrhâ Latinis appellatur: Ler Mur, seu Mor, Arabibus: Mirrha, Italis: Mirrhen, Germanis: Mira, Hispanis: Myrrhe, Gallis: Myrrha, Bœotica.

Myrrhæ  
succeda-  
nea.

Bœotica  
myrrhâ.  
Nomina.

† Exemplaria Græca typis expressa habent, διαχρησθέντες τῆς τῶν νοσούντων, id est, illita ale narium. Quæ verba inunctionem ad partem nasi referre videntur, non autem ad instrumentum, quo debeat fieri inunctio. Siquidem, teste etiam Galeno lib. 11. de usu partium, τῆς τῶν νοσούντων pars quadam nasi vocatur.

20 Myrrhâ, ὡς ἔχει Hippocrati: communis opinio, nobis non esse veram Myrrham: aliqui tamen existimant Beniovinum officinarum, veram esse Myrrham. Sic Beniovinum Amygdaloides, esse apud Dioscoridem Myrrham Troglodyticam, Gummi verò quod Lusitani Anime vocant, multi Myrrham Amineam Dioscoridis statuunt. Sic et Indicam Myrrham à Plinio vocatam eam esse, quæ vera Myrrhâ adulterabatur. De Bœotica Myrrhâ quæ proponit Dioscorides, videntur non genuina, quod ex Serapione capite de Myrrhâ colligi posse videtur, qui non radicem arboris dicit, sed inquit, Myrrhâ quæ est ex terra, quæ dicitur Laptoteno, id est Bœotia, abscinditur ex radice arboris, quæ est in terris illis: vult ergo ex radice excindi quemadmodum incisione elici solent reliqui liquores: at hæc hodie omnino non cognoscitur.

Στυράξ.

STYRAX.

CAP. LXVIII.

30 STYRAX lachryma est arboris malo cotoneæ similis. Præfertur pinguis, flavus, resinofus, albicantibus grumis, quàm plurimum in sua odoris gratia permanens, qui dum mollitur, melleum liquorem reddit: qualis est a Catabalis, Pissidia, et b Cilicia devehitur. Deterior niger, furfurosus, et friabilis, canoq; situ obductus. Cæterum lachryma invenitur gummi similitudine, perlucida, et myrrhæ æmula: verum perpauca manat. Adulteratur ligni scobe, quam vermiculi erodentes excusserunt, melle, et iridis sedimento, et quibusdam aliis. Alii ceram, aut adipem odoribus imbutum, flagrantissimis solibus cum styrace subigunt, et per laxa cribri foramina in frigida aqua veluti vermiculos exprimunt, vānundantque. Styracem hunc, † quoniam in vermiculorum speciem contrahatur, scoleciten cognominant, quem tanquam syncerum imperiti approbant, non animadvertentes ad præcipuam odoris fragrantiam: siquidem acer admodum est, qui adulterationis vitio caret. Styrax calfacit, emollit, et concoquit: medetur tussi, destillationibus, raucedini, gravedini, et interceptæ voci: vulvæ præclusæ, duritiæ laboranti convenit: cit menses potu, appositumque: alvum leviter mollit, si exiguum cum resina terebinthina catapotii modo devoretur. Miscetur utiliter discutientibus malagmatis, acopisque. Adoletur autem, et igni torretur, ut fiat ex eo veluti ex thure, fuligo: ad eadem conveniens, ad quæ thuris fuligo. Ex eo etiam in Syria styra-cinum oleum componitur, quod calefacit vehementer, et emollit: verum caput dolore afficit, aggravatque, et soporem adfert.

a Oribas.  
leg.  
b γὰρ αλλ-  
της λυγι-  
ας.  
c Meum  
habet tā-  
cūm ψα-  
δης. i.  
friabilis.

STYRAX.



STYRACIS planta proceritate, ac forma malo Coroneæ est similis. Folia tamen longè minora profert, aversa parte albicantia, solidaque, robusta, oblonga paulo, latiore tamen ambitu. Flores illi albus, aurantiæ mali haud longè dissimilis. Baccas profert longo pediculo appensas, et tenui quadam lanugine obductas, rotundas, et in acutum desinentes, nucis ferè Pontica magnitudine, in quibus aliquot concluduntur ossicula semen continentia. Habentur Styracis plantæ in Italia non solum in hortis nonnullis, ac viridariis, sed etiam sponte provenientes in Romano, ac Tyburtino agro: sed in Italia gummi non proferunt. Hanc plantam vidi ego primum Venetiis, in viridario clarissimi medici Maffei à Maffeis, ubi alia plura et rara, diligenter coluntur. Gummi, quod è Styracis planta emanat, vocatur passim in Italicis officinis Storax Calamita, H 3 quod

Styracis  
confider.  
& hist.

quod cognomen ex Galeno libr. 1. de antidotis acceptum crediderim. Namq[ue] ipse de simplicibus medicamentis agens, quæ ad theriacæ compositionem faciunt, optimum iudicavit styracem, qui in calamita Pamphilia ferebatur: unde calamita cognomen sibi facile vendicavit. Itaq[ue] cum non alius habeatur styrax, qui sit hoc genere præstantior, in usu medentium est, ut dum pharmacopolis inperant fieri medicamenta, quæ styracem excipiunt, calamita cognomen adiciant, quo indicent, se primum dōtib[us] intelligere. Nec illud quidem ab re: quandoquidem Galenus eodem loco memoria prodiderit, hoc styracis genus tantum præstare ceteris, quantum vinum falernum illud bonitate excellit, quod à cauponibus venditur.

Manardi lectio nō probata. Quo argumento fretus Manardus Ferrariensis existimavit, ubi in Dioscoridis codice legitur *καλὰ λήτες* & *ἐγὼ δὲ κατὰ λήτες*, hoc est, talis est Catabalites, potius legendum esse, talis est calamites. Neq[ue] probat lectionem mutandam esse in Gabaliten, quemadmodum fecit Marcellus. Sed profectō hac in re (et si Manardus fuerit vir summa doctrinæ prædatus) mihi magis Marcelli sententia probanda videtur, quippe quæ Plinii testimonio comprobatur libr. 12. cap. 25. ubi sic inquit. Styracem Syria Judæa proxima supra Phœnicem gignit circa Gabala, & Marathunta, & Cassium Seleucia montem. Atq[ue] etiam ei ad stipulatur Oribasii codex manuscriptus, in quo libr. 12. legitur *καλὰ λήτες* & non *κατὰ λήτες*. Porro Euchsus medicus nostræ ætatis clarissimus, in libro, quem de compositione medicamentorum secundō condidit, styracem calamiten liquidum fuisse censet, non alia (quantum equidem video) ratione fretus, quàm quod in calamita adveheretur. Verum in hoc Euchsio (pace ejus dixerim) a veritate desciscit, quandoquidem Dioscoridus styracem lachryma est arboris malo cotoneæ similis: cuius ille præstat ceteris, qui flavus est, resinofus, grumosus habet albicantes, & dum molitur, mellis liquorem reddit. Ex quibus facile constare arbitror, styracem non fuisse liquidum, sed in grumos concretum. Neq[ue] certe mihi rationi consonum videtur, ex eo quod Galeni tempore styrax in calamitis vehebatur, inferre ipsum fuisse liquidum. Nam (ut mea fert opinio) non alia de causa qui styracis lachrymam colligebant, eam statim in calamitis includebant, quàm ut suavis ejus odor conservaretur. Id quod etiam cum dictamno faciebant ii (ut memoria prodidit Theophrastus libr. 9. cap. 16. de hislor. plantarum) qui ipsum in Creta legebant: siquidem ii dictamni manipulos in ferula, aut arundine includebant, ne vis ejus expiraret. Præterea cum apud veteres Græcos nulla (quod legerim) extet liquidi styracis mentio, haudquaquam possum huic Euchsii sententia adherere: quinimo cogor eam prorsus resellere, quod rectius sentire videar cum Arabibus & recentioribus, qui per liquidum styracem non aliud intelligunt, quàm staten myrrhæ. Ceterum Plinio loco citato laudatur styrax post supradicta: ex Pisdia, Sidone, Cypro: è Creta verò minimè. Reddidit Plinius causam, quare est, quod styrax plerumq[ue] pulverulentus existat, dicens, quod in eum circa canis ortum advolant pennati vermiculi erodentes, ob idq[ue] ipsum in scobe sordescere. Adulteratur etiam styrax (ut idem scribit) cedri lachryma, vel gummi, melle, aut amaris amygdalibus: quocirca retinenda sunt nota, quibus Dioscoridus auctoritate præstantissimus cognosci potest. Paratur è Styrace oleum odoratum hoc modo: Styrax biduo è rosarum aqua maceratur, deinde una cum aqua in vitreo vase, luto circumlito collocatur, huic rostrato lambico superimposito & in fornace collocato, ignis sit moderatus, quousq[ue] aqua tota in recipiens vas destillaverit. Cum vero oleum fluere inceperit, fortiore igne opus est, donec totum effluxerit. Præstabit hoc oleum non solum ad odoramenta, sed etiam ad ea omnia ad quæ styrax: est tamen longè ad omnia valentius. Hujus meminit Galenus libr. 8. simpl. medic. sic inquit: Styrax excalfacit, emollit, concoquit: quàm ob rem tussibus, catarrhis, pituita destillationibus, rancedinibusq[ue], quas *νοσήσις καὶ βρογχίτις* vocant, prodest. Tum menses seu potum, seu ad motum projicit. Combustio ejus fuligo, tburis fuligini quodammodo est similis. *Στρίξ* ut Græcè, ita etiam Latine Styrax nuncupatur: Arabicè verò Mehu, Mehaba, seu Astarach: Italicè Storace: Officinis, Storax calamita: Hispanicè, Estoraque.

† quoniam in vermiculorum speciem contrahatur. Hac verba non leguntur in Græci codicibus: sed ea (ut arbitror) à Ruellio interprete, adjecta sunt ob majorem rei declarationem, quæ hanc ob causam, lectore tamen admonito, nobis quoq[ue] relinquere placuit.

Styrax  
triplex in  
officiis.

Styracis in officinis tres differentiæ: styrax calamita, styrax liquida, & styrax rubra. Secuti fortasse Arabes, siquidem Serapio divisit in liquidum & siccum: per liquidum intelligit modò oleum ex nucleis extractum, modò ipsam arboris lachrymam, modò stillatitium humorem è Myrrha quem Staten vocat Dioscorides: per siccam verò corticem fructus, postquam expressum est oleum. Avicenna similiter humidum & siccum facit, humidum, unum qui spontè ex arbore fluit, coloris citrini, quem Storacem calamitam vocant: alterum per decoctionem coloris nigri, quem Storacem liquidum: fæces autem Storacem siccum esse. Videtur sic distinguendum, ut alia sit Styrax calamita, seu rubra, alia Styrax liquida, cujus veteres Græcos fecisse mentionem necdum invenimus: hæc censetur quibusdam Oeleomeli Dioscoridis: hoc enim ex quorundam furculorum in aqua decoctione fieri tradunt: alia Styrax sicca, seu styracis cortex. Ad styracis genera reduci potest id quod Liquidambar nunc vocant, resina liquida odore styraci similis, quæ ex arboris magnæ (quam Americi Ocofol vocant) frequentibus ramis ac foliis hederæ, crasso & cinereo cortice inciso aut excavato emanat, cui indigenæ corticem contrafractum (suavioris odoris gratia dum uritur) miscent. In nova Hispania provenit, & ex India Occidentali adfertur. Cuius differentiæ aliquot, aut ex vulnerata arbore effluit: aut ex recenti resina humido loco reposita oleum odoratius stillat, quod ol. de Liquidambar vocant: aut ex hoc oleum exprimitur minus perfectum, quo chirothecæ inficiuntur: aut ex ramis comminutis & coctis pinguedinem innatantem colligunt. Folia in fasciculos collecta cum summitatibus, odoris gratia, vestibis Indi apponunt, à quibus Hispani emunt. Hujus, styracis loco usus, cum calidum sit in fine secundi & humidum gradu primo: sed oleum longè subtilius, & frigidis morbis utilius. Hæc summam ex autore historiae Mexicanæ, & Nicolao Manarde desumpta: qua de re & Clusius in Garziam, Cæsalpinus & historia Lugdunensis, Liquidambar nomine.

Oleo-  
meli qui-  
busdam  
Styrax.  
Liquidam-  
bar quid  
Oleum  
de Liqui-  
dambar.  
a Oribasii  
non leg.  
& meum  
habet  
Glossa ita  
etiā Dra-  
b. Iuā-  
λαρον. i.  
quod fa-  
cile mol-  
lescit.  
e Meum  
παρα-  
δίδω.  
d Non  
leg. Ori-  
basii.

Βελλίου.

BDELLIUM.

CAP. LXIX.

BDELLIUM a [alii holchon appellant, alii madelcon:] lachryma est † Saracenicæ arboris. Probaturn gustu amarum, translucidum, taurini glurinis in morè, intus pingue, liquescens facile, ligni ac fordis expers, † suffitu odoratum ungui simile. Est etiamnum bdellii genus nigrum, uberioribus glebulis in offas convolutum, & aspalathi odore, ex India advectū. Desertur etiam à Petra oppido d siccum resinofum,

sum, e livescens, sed facultate secundum. Adulteratur gummi, sed ita vitiatum non perinde gustui amaritudinem repræsentat, nec usque adeo suffitionibus odoratum. Calfacit, & emollit: duritias, & turgentia guttura, humiditasq; hernias discutit cum jeiuna saliva dilutum: vulvæ spiracula laxat appositum, & suffit: & partus, humiditatesq; omnes extrahit: calculos potu comminuit, urinam movet: tussientibus, & a serpente percussis utilissimè datur: valet ad rupta, vulsa, laterum dolores, & discursantes spiritus. Malagmatis inferitur, quæ contra duritias, & nervorum nodos profunt. Contusum resolvitur affuso vino, aut aqua calida.

- 10** **P**restantissimum Bdellium Dioscoridi translucidum est, taurini glutinis in morem, amarum, tactu liquefescens facile, & quod incensum odorem emittat ungui odorato similem. Quod si modo nostro tempore in Italiam importatur, adeo rarum est, ut (quemadmodum de myrrha diximus) ad ostentationem tantum asservetur, vel ad adulterini, & reprobati dignoscendi normam. Credidere quidam, hoc vulgare Bdellium, cuius passim in officinis est usus, constare partim ex nigro, quod India mittit, partim vero ex eo Arabici genere, quod siccum, resinosum, livensq; ex Petra desertur, utrisq; a mercatoribus simul mistis. Quod si ita res se haberet, non esset planè molestè ferendum, quod saltem mediocre impertiretur, postquam nobis optimo interdictum est. Verum etsi hoc fieri possit, cum tamen in eo parum, vel nihil amaroris sentiat, cumq; ceteris se ferè omnibus tum notis, tum qualitatibus sit expers, quas ei Dioscorides tribuit, est potius opinandum factitium id & adulterinum esse, quàm legitimum. Hinc factum est, ut quidam recentiores simplicium indagatores, cum nobis persuadere vellent, Bdellium in officinis reperiri, licet non advectum ex Saraca felicitis Arabia civitate, unde advehi consueverat, somniaverint communem myrrham legitimam esse bdellium, ut eorum sententiam resellentes, in præcedenti commentario scripsimus. Huius, quo passim utimur, plura quidem habentur genera: siquidem aliquod quandoq; vidi nigrum, resinosum, odore fetido laseri quadantenus proximo: aliud translucidum, utpote taurinum glutinum, sed siccum, amaroris expers, nullog, odore præditum: quoddam verò adeo vulgari myrrha persimile, ut ab ea vix dignosci posset. Quæ omnia genera tametsi illegitima censeantur, officinis tamen tanquam legitima, & præstantissima in medicamentis passim temerè usurpantur. Bdellium scriptis tradidit Plinius lib. xii. cap. ix. his verbis. Vicina est Bactriana, in qua Bdellium nominatissimum. Arbor nigra est, magnitudine oleæ. foliorum robore, fructu caprifici natura. Gummi alii brochon appellant, alii malachran, alii maldacon. Nigrum verò, & in offas convolutum, hadrobolon. Esse autem debet translucidum, simile ceræ, odoratum, & cum fricatur pingue, gustu amarum citra acorem. In sacris vino persusum odoratius. Nascitur & in Arabia, Indiaq; & Media, ac Babylone. Aliqui Peraticum vocant ex Media advectum, facilius hoc, & crustosius, amariq;: at Indicum humidius, & gummosum. Adulteratur amygdala nuce: hæc Plinius. Bdellii facultates prodidit Galen. lib. vi. simplicium medicamentor. sic inquit: Bdellium quod Scythicum nominant, quod sanè & atrius est, & resinosum magis, emollientis admodum, & efficacis virtutis est. At alterum, nempe Arabicum, quod dilucidius est, magis desiccatur, quàm emolliat. Igitur recens, & humidum est, & contusum facile mollescit, ad omnia, ad quæ Scythicum, idoneum. At quod antiquius est, & admodum gustu amarum, & acre, & siccum, ab eorum, quæ indurata molliunt, mediocritate excidit. Utuntur autem quidam illis, & potissimum Arabico, & ad gutturis ramices: & hernias aquosas, saliva matutina, jejunaq; subigentes, ut emplastri consistentiam accipiat. Porro Arabicum & calculos renum in potu sumptum frangere apparet, tum urinas ciere, & crudorum statuum discursus, præterea laterum dolores, & rupturas persanare: hæc Galenus. Cæterum invenio Serapionem duobus capitibus Bdellii meminisse: quorum alterum appellavit Judaicum, quod nimirum est ipsum Dioscoridis bdellium: alterum verò cuiusdam plantæ palmæ similis fructum esse tradidit. Hoc Neapoli frequentissimum vidimus, iusq; in officinis accepimus, ubi sacchari arundines à Sicilia petite venundantur. Nam cum illic essem cum Bernardo Clesio Cardinali, & Principe Tridentino, qui apud Casarem Carolum V. invictissimum Imperatorem agebat, multarum videndarum rerum, quæ ad medicam materiam spectant, fuit mihi facultas. Hoc igitur palma genus (ut ab incolis accepi) ex Sicilia cum foliis palmæ, ac radice deferitur cubitæ, vel paulò ampliori longitudine. Vocantur hæc plantæ Neapoli vulgò CEFAGLIONI, quarum quoddam duntaxat germiculus comedunt, tenerrimum, sapidum, & origanum. Includitur hoc mille quibusdam involucribus, tanquam totius plantæ corculum. Hoc quidem tuberibus, & carduis, carduorumq; echinatis capitibus (cariofi & archichiochi Itali vulgò vocant) præferunt: quandoquidem id secundis mensis pro bellariis cum pipere, & sale solenniter assumunt, tum quod gustui is cibis admodum ardeat, tum etiam quod venerem conciliet. Porro illa vulgaris Cefaglioni appellatio (quantum conjicere possumus) à Mauritanis accepta est: siquidem Serapio inquit: Cefilio est cor istius palmæ: & natura ejus est, sicut natura palmerii. Gal. insuper lib. vii. simpl. med. de palmæ differens, ejus medullam encephalos appellari tradidit: ex quo adducor, ut suspicer, inde Arabes Græcæ voce corrupta suum Cefilionis nomen accepisse. Quod Bdellium Græci, Bdellium similiter Latini vocant: Mauritani, Molochil, Molochal, Mochol aut Mochel: Itali, Bdellio. Hispani, Bedelio.
- 40** † Licet Saracenicæ arboris lectio admitti possit, quod Saraca, unde Saraceni dicti sunt, urbs sit in Arabia, non tamen improbanda videtur lectio Arabica arboris, quod non solum Plinius scribat bdellium in Arabia nasci, & Galenus alterum Bdellii genus Arabicum faciat, sed etiam quod Orbasius lib. xi. legat δάκρυον ἢ δάκρυον ἀραβικόν: hoc est: Lachryma est arboris Arabica.
- 50** † Hoc loco in vulgatis Græcis codicibus sic legitur: ὁ δὲ δάκρυον τῆς θυμιάτης, ἰσμερὶς θυμῶν. hoc est, si verbum verbo reddamus: odoratum in suffitu simile ungui. Eadem verba ex Dioscoride referunt inter Græcos Aetius & Orbasius. Cæterum in iis verbis illud dubiam sententiam facit, quod non facile colligi possit, quid per θυμῶν intelligat Dioscorides: nam cum hæc vox homonyma sit, & plura significet, cui potissimum rei conveniat, auctor non explicavit, ut hinc vel aliquid deesse suspicandum sit, vel hac voce divinandum de nota illa Bdellii optimi magis sit, quàm aliquid certi statuendum. Auger difficultatem, quod interpretes omnes, viri doctissimi, verba illa in diversum sensum trahant. Alii enim probatum Bdellium volunt bene odoratum esse semper, sed incensum, fieri ungui simile, ut Manardus libro suarum epist. octavo: alii dum incenditur, odore malunt ungui assimilari, ut Hermolaus: quorum tamen utrunq; constat de odorato ungue intellexisse. His ad stipulæ videtur Serapio inter Arabas, qui Bdellii descriptionem Dioscoridi acceptam ferens, verba illa interpretatur in hunc sensum: cum incenditur, bonum spirat odorem, odori unguis odorati similem. Sunt porro qui Bdellium suffitu odoratum faciunt, ungui simile, ut Ruellius, qui certè ea simplici verborum illorum versione non minus ambiguum reliquit illius notæ sensum, quàm in Græco reperiatur. Marc. autem diversam ab antedictis sententiam protulit, nam ita vertit illa verba: cum incenditur, odoratum, & humano ungui colore simile. Hæc utiq; Marcelli interpretatio plura habet, quàm in Græcis codic. legantur, ea fortè asseratione ab eo addita, ut nulla reliqua esset ambiguitas, quanquam in hoc à Manardo redarguitur.

Bdellii  
consider.Bdellii  
vulgaris  
genera.Bdellii  
historia  
ex Plin.Bdellii  
vires ex  
Gal.Bdellium  
alterum  
Serapio-  
ni, palmæ  
genus.Cefagli-  
onis con-  
sideratio.

Nomina.

Mibi quidem hactenus placuit Serapionis interpretationi subscribere, ut patet in principio hujus commentationis: nunc verò quid mihi sentiendum sit, fere incertus sum. Videntur enim verba illa Dioscoridis ita distincta esse, ut duos Bdellii optimi notas faciant: quarum altera est, ut odoratum sit, cum sufficitur: altera, ut sit ungui simile. Sed relinquitur dubitatio an unguis odoratus, aut humanus sit intelligendus: eò tamen inclinat animus, ut putem humanum unguem intelligi, quod Plin. lib. XI. cap. IX. de bdellio differens, Bactriano unguem reddat candidos, cum inquit. Bactriano nidor siccus, multiq; candidi unguis. Ex his nimirum verbis liquet, Bdellium illud albis maculis ungui humano similibus refertum esse. Id quod etiam videtur Bdellio assignasse Damocrates in suis carminibus, quibus cytheos compositionem cecinit, & quæ a Gal. referuntur lib. 11. de antidotis, dum ita scribit. *Σχεῖν δὲ ὑγρόν ὡς μέλι, ἔδαδ' ὅτι ὄνυχας & γ', ἀσπυδάδου β' S.* Hæc duo carmina soluta oratione ad verbum sic vertemus: Funci odorati duodecim, & croci unam, Bdellii unguis drachmas tres, asphalti duas semis. Sanè quod Damocrates Bdellii unguem in cytheos compositionem addat, me magis movet, ut credam Bdellium notam peculiarem habere, quæ unguum effigiem repræsentat: aut quod illud Bdellium sit præstantius, cui sint macula humanis unguibus similes. Sed hæc fortasse fusius, quàm deceat, ut quid alii, & quid ego sentiam in illis Dioscoridis verbis, exponerem, ita tamen ut malim eruditiorum quoq; iudicium esse.

Bdellii  
Myrrha  
differt.

Bdellii  
differe-  
tiz lex.

Bdellium densata lachryma est ex arbore quadam, Ceraso simili cortice vestita, emanans, atque circa ramulos in magnos grumos concrefcens, qui tam integri, quàm contracti ex Arabia, India, & vicinis aliquot locis adferuntur, una cum adhærente sæpè cortice & ramulis. Hoc myrrhæ concrectione & aspectu simile, quare censuit quidam Bdellium Myrrhæ speciem esse (quidam Anime esse voluit) à qua differt, non solum quod arbores sint differentes, sed in eo quod Myrrha sit fragilior, & in igne ut resina ardeat: at Bdellium magis naturam gummatum respicit, difficile enim ardet, & humore mollescit, odor non sine gravitate suavis. Sunt autem ejus sex differentiæ: 1. Majoribus glebis rufum, & cum frangitur in plurimos grumulos dissiliens, mediocriter splendens: 2. Minoribus glebis subfuscum, intus rufum, cum frangitur in duas partes quasi dissectum se dividens, translucens, densum, lentum, glutinosum, pingue, & lachrymas albas calido in loco emittens. 3. Nigrum, intus in nigro rufum, glutinosum, mediâ inter thus & gummi cerasorum qualitatem respiciens. 4. Nigrum quoque, sed intus fulvum, purpureo colore, maxime translucens, molle, glutinosum, cerasi gummi simile, ejusdemq; saporis. 5. Colore & sapore priori simile, sed intus pallidis aut candicantibus maculis distinguitur. 6. Pallidum aut candidum, grumis oblongis, mediocribus: multis, longis, guttis densatis concretum, amarum, ingratum, omnibus speciebus acerrimum. Eligendum est in quovis genere aspectu, cum frangitur, nitidum, cornu, aut taurino glutini simile, magis translucens, pinguius & mollius, cum hoc recentis indicium sit. Sunt qui Cuciopheram de qua inferius Matthiolus ager, Bdellii fructus nomine allatam censeant, & utrumque idem statuunt.

Ἀβζαί &.

THUS.

CAP. LXX.

Meum  
ὑπό κρη-  
νῶν.  
Meum  
ἐν μέλι.

THUS in ea gignitur Arabia, quæ thurifera cognominatur. Primatum tenet in eo genere masculus stagonias appellatum, suapte natura rotundum: tale autem + individuum est candidum cum frangitur, intus pingue, in suffitu statim ardens. Indicum verò a fulvescit, & colore liver, sed rotundum industria factitant: nam in quadrangulares formas dissectum fictilibus versant, donec rotunditatem contrahat: verum hujusmodi thus tempore flavescit, quod atomum, aut syagrum appellant. Secundum locum habet + Arabicum, & in b Smilo nascens, quod aliqui copiscum vocant, minus multò, & fulvius. Est & genus aliud, cui amomite cognomen est, alioqui candidum: quod dum mollitur, mastiches more digitis cedit. Adulteratur omne thus + in itinere pini resina, & gummi: quod facile deprehendi potest, siquidem suffitum gummi flammam non ejaculatur, & resina in fumum evanescit, thus verò statim ardet: idem maleficium odor prodit. Ad calfaciendum, & astringendum pollet: oculorum caliginem discutit, cava ulcera complet & ad cicatricem perducit: cruenta vulnera glutinat, infrenatque cunctas sanguinis eruptiones, etiam si cerebri membranis effluat: ulcera, quæ cacoëthe vocantur, & sedis, & reliquarum partium permulcet tritum cum eo & lacte linamentum: formicantes verrucas inter initia, impetiginisque ex aceto, & pice illitum tollit: ambusta igni, pernionesque cum fuillo adipe, aut anserino, & ulcera in capite manantia cum nitro, si infricetur, sanat: paronychis cum melle, auribus fractis cum pice, medetur: ad reliquos aurium dolores cum dulci vino infunditur, inflammata à partu mammae, cum cimolia & rosaceo magna utilitate perunguntur: additur ad arteriæ viscerumque medicamenta: prodest sanguinis excreationi potum. Sed in secunda valetudine haustum insaniam movet, & largius cum vino potum interficit, in fictili mundo thus crematur, flagrante glebula succensum à lucerna, donec exuratur: post perfectam ustionem operire oportet, usquedum restinguatur: sic enim in cineres non redigitur. Aliqui ollulam æneo vase cavo circa medium perforato cingunt ad excipiendam fuliginem, ut in ejus mentione mox ostendimus. Alii crudo fictili luto oblito, & in fornacem indito, cremant. Fictili etiam novo vivacibus prunis torretur, dum non amplius bulliat, aut pinguitudinem vaporémve emittat: facile enim comminuitur, quod perustum non est.

Φλοιός λιβαίου.

CORTEX THURIS.

CAP. LXXI.

Meum  
ερεοβλίου  
ἢ πινυίου.  
i. Strobili-  
lino aut  
pino.

PRæfertur thuris cortex crassus, pinguis, odoratus, recens, lævis, minimè scaber, sine membranis. Adulteratur admisto a pini, aut nucis ejus cortice, sed horum index ignis est, siquidem reliqui cortices suffiti nequaquam incenduntur, sed sine odore fumum eructant: thuris verò cortex ardet, & cum odoris fragrantia vaporem ejaculatur. Thuris modo uritur: & vis eadem, quæ thuri, sed validior, adstringentiorque. Quare potu cruentis excreationibus, vulvis fluxione laborantibus in pesslo confert: ad cicatrices oculorum, & cava, fordesque efficax est: tostus scabris lippitudinibus auxiliatur.

Μάννα λιβαίου.

MANNA THURIS.

CAP. LXXII.

Non  
leg. Ori-  
bas.

MANNA thuris probatur candore, micarum frequentia, & puritate. Vim habet eandem, quàm & thus, sed invalidiusculam. Sunt qui a cribrata pini resina, ac polline, aut cortice thuris confusi adul-  
terant.